

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia al
cum fonte primo

Auaricia rotis uehitur quattuor uiciorum
que sunt pusillanimitas, inhumanitas,
contemptus Dei, mortis obliuio.
Porro iumenta trahencia, tenacitas et rapacitas
et hiis unus auriga ambobus presidet,
habendi ardor. Sola quidem auaricia,
quia conducere plures non patitur,
uno contenta est seruitore.

Bernardus super Cantica sermone XXXIX.

Iam uero
Auaritia rotis et ipsa uehitur quattuor uitiorum,
quae sunt Pusillanimitas, Inhumanitas,
Contemptus Dei, mortis Obliuio.
Porro iumenta trahentia, Tenacitas et Rapacitas,
et his unus auriga ambobus praesidet,
habendi Ardor. Sola siquidem Auaritia,
quoniam conducere plures non patitur,
uno contenta est seruitore.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super*
Cantica canticorum, 39.8 (SBO 2, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.23, ll.1-5).